Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



86. 94

in die: a negotio perambulante in tenebris: ab
incursu et demonio meridiano Cadent
a latere tuo mille: et decem milia a dextris
tuis: ad te autem non appropinquabit Verum
tamen oculis tuis considerabis: et retribu-
tionem peccatorum videbis Quoniam tu es
domine spes mea: altissimum posuisti refu-
gium tuum Non accedet ad te malum: et
flagellum non appropinquabit tabernaculo
tuo Quoniam angelis suis mandavit
de te: ut custodiant te in omnibus viis
tuis In manibus portabunt te: ne for-
te offendas ad lapidem pedem tuum Super
aspidem et basiliscum ambulabis: et
conculcabis leonem et draconem Quo-
niam in me speravit liberabo eum: pro-
tegam eum quoniam cognovit nomen
meum Clamavit ad me et exaudiam eum:
cum ipso sum in tribulatione: eripiam